Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

Dicem[us] ficus quas sem[per] in arbore nasci. Dicem[us] ficos [illegible]

Omnia a deo dona [illegible]

Incolumis tanto pro side raptor erit.
At non ille deus pacem intra menia finit.
Auxilium toto spargit in orbe suum.
Quid tamen hoc prodest. media si luce palamque
Verberor. & tuta non licet esse nuci.
Ergo nec nidos foliis herere. nec ulla
Sedibus in nostris stare uidetis auem.
At lapis in ramo sedit quicumque bifurco.
Heret. & ut capta uictor in arce manet.
Cetera sepe tamen potuere admissa negari.
Est crimenque uxor inficiata suum.
Nostra notat fusco digitos iniuria suco.
Cortice contactas inficiente manus.
Ille cruor meus est. illo maculata cruore.
Non profectura dextra lauatur aqua.
O ego cum longe uenerunt tedia uite.
Optaui quotiens arida facta mori.
Optaui quotiens aut ceco turbine uerti.
Aut ualido missi turbinis igne peti.
Atque utinam subite raperent mea poma procelle.
Aut possem fructus excutere ipsa meos.
Sic ubi detracta est a te tibi causa pericli.
Quod super est tutum pontice castor habes.
Quid mihi tunc animi est ubi sentit tela uiator.
Aut oculis plage destinat ante locum.
Nec uitare licet mitto fera uulnera trunco.
Quem sub humo radix uincla curua tenent.
Corpora prebemus plagis. aut sepe sagittis.
Cum populus manicas deposuisse uetat.
Vtque grauem paciens ubi tolli uacca securim.
Aut stringi cultros in sua colla uidet.
Sepe meas frondes uento tremuisse putastis.
Si metus in nobis causa tremoris erat.
Si merui uideorque nocens. excidite ferro.
Nostraque fumosis urite membra focis.
Si merui uideorque nocens imponite flame.
Et liceat misere dedecus esse semel.
Si nec cur urar nec cur excidar habetis.
Parcite. sic ceptum perficiatis iter.

Carpit [illegible] mundi qui gestit amorem
Qui bona [illegible] mala [illegible]
Qui scripsit scripta manus eius benedicta.
[illegible]